



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

8. Irregularitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

nullum, in quantum præiudicat alicui sibi, ob cuius impedimentum est interdictum. Si vero erit causa perpetua, erit nullum simpliciter. Et hoc intelligitur, siue prohibitio Pontificis sit per modum constitutionis, siue præcepti, l. 7. tota disp. 2.

6. Interdictus ab ingressu Ecclesiarum potest licet in ea recipere benedictiones nuptiales, & audire diuina, & facere quidquid laicatur, & matrimonium inire, l. 7. disp. 9. nn. 15.

Irregularitas.

1. Sacerdos ducens viduam est irregularis. Idem, si contrahat cum conditione impossibili vel turpi, l. 5. disp. 3. n. 22. Item est irregularis, liber ducens ancillam. Tamen non peccat contrahendo, l. 7. disp. 19. nn. 13.

2. Coniugatus absque uxoris licentia recipiens ordinem sacrum, est irregularis, ac officij & beneficij Ecclesiastici incapax, etiam post solutum matrimonium. At ut incurritur, requiritur dolus, excusatque illum quis ignorantia iuris vel facti, dummodo non effectata. Item requiritur, quod matrimonium praecedens sit validum. Et non incurritur, quando promouetur de licentia uxoris manentis in seculo sine vero. Secus dicendum de licentia extorta metu vel dolo, aut dissimulante uxori. Item non sit irregularis vir coniugatus promotus ad ordines minores absque debita licentia, nec incurrit suspensionem, quam tulit Xixtus Quintus in suo motu proprio anno 1588.

qua-

quinta die Ianuarij, nam Clemens Octauus reuocauit eum anno 1595. die ultimo Februario. Et si ante reuocationem promotus fuisset, & ita incurrisset irregularitatem Pontifici reseruata in eo inflictam, non manet post reuocationem reseruata, *libr. 7. t. t. a. disputat.*

49.

3. Irregularitas homicidij tantum incurrit ob culpam latam, quæ ex ignorantia crassæ procedit, *lib. 9. disp. 32. nu. 34.* Item non incurritur ob peccatum veniale. Eridem de interdicto, & suspensione, *ibid. nu. 29.*

4. Irregularitas orta ex defectu natalium tantum deletur per professionem quoad ordines fasciendos solum; at manente incapacitatem, *lib. 7. disp. 86. nu. 4.*

5. Dispensatio irregularitatis excommunicati, vel interdicti sæpe celebrantis, non petit multiplicem celebrationem explicari, *libr. 8. disp. 24. nu. 7.*

Index.

1. Iudex potest terminum præfigere sponsalibus perficiendis, quando datur periculum in continentia, *lib. 10. disp. 53. nu. 9.*

2. Iudex Ecclesiasticus potest compellere partem ad remittendum iuramentum soluendi vñsuras, vel metu extortum. Idem potest iudex secularis erga sæculares, quando constat de recipientis turpitudine. Si vero dubium sit, iudex Ecclesiasticus erit competens, *lib. 1. disp. 32. nu. 18.*

M. 5

3. Iu-